

AD LIBRI VIII. CAPUT I. 5—7. II. 1. 2. 101

*per terrae* — Praepositionem omittit Wrat. Deinde *colantur* Sulp. Eadem sequens *ad* omisit, ubi *ab* dat Voss.

*ructus* — Vulgatur *fluctus*. Dedi scripturam Guelf. Wrat. Margo Guelf. annotat varietatem *fructus*, quam dat Fran. Cotton. Graecis solemne est, poetis maxime, *ἐρεύεσθαι*, de aquis alicunde exeuntibus aut fluminum ostiis.

*Campestribus* — Vincentius: *E converso campestria loca copias habere non valent, et quaecunque sunt, salubritatem non habent, eo quod.* Etiam Sulp. Fran. Vatic. Guelf. Cotton. *habere copias.* In Wrat. autem verba haec *hab. cop. quae — non possunt* exciderunt. Pergunt iidem libri *nam quaecunque sunt, non possunt habere* et cet. cum quibus facit etiam Vincentius, cuius scripturam admisi in locum vulgatae: *Campestribus autem locis contrario non possunt haberi copiae, quae et si sint, non possunt.*

*propter nullam* — Vincent. *ob nullam* omisso sequenti *fervens.* Deinde *et planitie* Cotton. Idem postea *humore.* Denique Wrat. *et si quae sunt* omisso *ibi.*

*et subtili* — Vincent. *ex subtili* omissis verbis *aer avocans.* Contra Sulp. *aera vorans.* Fran. *aera vocans.* Postea *impetum* absque *in* Sulp. Vincent. *impetu* Wrat. Denique *eae* omittit Vincent. *hae in fontibus* Sulpic. Ex Cotton. *hae fontibus* corrigit Bondam p. 206.

AD CAPUT II.

*eo quod* — Fran. Cotton. Guelf. Wrat. *eo* omittunt. Deinde *elegitur* Sulp. Post *tenuitatibus* deesse verbum aliquod videtur, veluti *sublatis.*

*solis ortu moti* — Cotton. *modi.* Wratisl. hoc verbum *moti* repetit post *coeli sunt.* Pro *trudunt* Vatic. 2. *trahunt.* Denique ante *propter* positum verbum *moti* omittit Wratisl. et *posse* pro *post se* dat.

2.

*qui ruit* — Ita Sulp. Vatic. Fran. Cotton. Guelf. Wrat. *cum*